

Sbd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

ELEGI SYMPATHETICO-PARACLETICO-VOTIVI
PATRIÆ SUÆ

TEICHELLÆ,

Oppidulo prope Rudolphipolin Schvvarzburgico, hæc
cum incendio inopino die 20. Novembris Anni
hujus decurrentis 1709. exorto magnam
partem absumeretur,


VENDICATI

M. JOH. Goffmann / S. F. R.
CHRONOSTICHON

*Ex verbis Ciceronis de Officiis Lib. I. Cap. 7. qui eadem ex
Platonis Epistola 9. ad Archytam Tarentinum mutavit:*

VendICat & parteM patriA Chara sibi,

ERFORDIÆ. Typis Groschianis.



Ulid mihi, Fama, refers, quo tristi percutis
aures

Fulmine *Teichella* † de genitrice mea?
Fallor? an incerti mihi quid tua nuncia
portant?

Quæ capite incerto spargere sæpe so-
les?

Verane, quæ memoras, vis quod Vulcania flammis
Vastârit patriam perdideritque meam?
Fama loquax, ô si in præsens mihi falsa referres,
Quæis falsis posset gratius esse nihil,
Ast doleat graviter, quod sint hæc irrita vota,
Ah! contra votum nuncia vera refers.
Antiquum oppidulum, quo vix antiquius ullum,
Schvvarzburgi in patria, talia fata subis?
O secura manus, quæ te dementia cepit,
Hæc ut damna dares? sed nihil absque DEO.
Ultra dimidium miserè tua tecta ruerunt,
O miserum oppidulum, quis reparabit ea?
Pauper eras semper, tamen in pietate decente &
Simplicitate simul, quæ placet usque DEO.

Majori

† Plura, qui vult, de hac legi possunt in laborioso pariter & lectu jucundo verum *Thuringiacarum*
Syntagmate Parte I. p. 336. celebratissimi Polyhistoris DN. JOH. CHRISTOPH.
OLEARII. Ecclesiastice, Bibliothecarij & Lycæi Inspectoris Amstati vigilantis-
simi, de Ecclesia & Re literaria longe meritisimi A. 1704. in lucem edito.

Majori posthac nunc paupertate gravaris,
 Vulcano ædículas depopulante tuas,
 Et tua collectis cum frugibus horrea cunctis,
 Quæis sine difficile est posse levare famem.
 O infausta dies, in fastis diceris *Amos*,
 Amos hoc *onus* est: ò fat *onusta* dies!
 Tot quoties animo tristi tua rudera cerno,
 Sentio tot toties pectora spîcula meo.
 Tertius effluxit jam sexagesimus annus,
 Quo Svecus miles talia damna tulit. (Anno 1646.
d. 29. Aprilis.)
 Quæis eadem ferme, quo jam sunt, tecta cremata,
 Multis post annis vix reparata tamen:
 Tristia nunc eheu! subeunt hæc fata secundo,
 O durus, qui te, patria, casus agit!
 Quod tectum natale meum tamen horridus ignis
 Transierit rursus, gratia sola DEI,
 Pro qua sint ipsi grates, ceu gratia cuius,
 Durat in æternum & nescit habere modum.
 Interea tendens ambas ad sidera palmas
 Oro flammanti pectore & ore DEUM,
 Omnibus hæc passis durissima fata benignè
 Succurrat posthac, & meliora ferat. (d. 17. Septem-
bris A. 1689.)*
 Passus idem fatum miseris succurrere novi,
 Namque malum quodvis vota precesque levant.
 Hisce DEUS quondam mihi reddidit omnia, præter
 Chirographum gazas, igne cremata brevi.
 Restituit Numen large mala Martis & ignis,
 Si sanctis precibus sollicitetur idem.
 Ne dubites, tibi quin & idem sit cuncta benignè
 Compensaturum, quæ abstulit ignis edax.
 Eripit interdum bona nostra Jehova, locetur
 Nostra in eo solo spesque fidesque tenax.

Tu

* Hoc de incendio tum temporis pluribus egi in *Dissertatiuncula Physico-Politico-Historico-Theologica Programmatis loco conscripta & Ad sui Oratorio Hebræico-Latino & Germanico itemque Comico præmissa Anno 1689.*

Tu modo confidas Jovæ, mea patria dulcis,
 Ac infestis precibus, rursus opem ille feret.
 Quisquis enim rebus Jovam implorabit in arctis,
 Eripietur inops omnibus ille malis. (Esaia 50, 15)
 Hoc DEUS ipse suo in verbo, qui fallere nescit,
 Aferit, hinc & eò certior esse potes.
 Rudera cum muris tua, ait quoque, cerno subinde; (Esaia 49, 16)
 Non frustra cernet rudera & ipse tua.
 Hic solus valet, & solus vult reddere cuncta
 Amisâ: Ut fiat, patria chara, precor.
 Nuncupat hoc calidum votum tuus incola quondam,
 Se puero, & repetet, dum memor ipse sui.

Ovid. Lib. I. de Ponto eleg. 4.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
 Ducit, & inmemores non sinit esse sui.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40





ELEGI SYMPATHETICO-PARACLETICO-VOTIVI
PATRÆ SUÆ

TEUCHELLÆ,

adolphipolin Schvvarzburgico, hæc
opino die 20. Novembris Anni
entis 1709. exorto magnam
tem absumeretur,
VENDICATI

à
Goffmann / S. F. R.

MONOSTICHON

de Officiis Lib. I. Cap. 7. qui eadem ex
ad Archytam Tarentinum mutuavit:
partem patræ Chara sibi,

ORDIÆ Typis Groschvianis.

